



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Martyrio Cylice, & de translatione reliquiarum sanctorum Pauli
confessoris, & Meletij Antiochiæ Episcopi. Capvt X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

episcopo, apud Asianos cum Amphilochio Iconiensis ecclesie præfule, in ciuitatibus verò Ponti à Bithynia vsq; ad Armeniam cum Helladio Cæsariensis in Cappadocia ecclesie episcopo, & cum Gregorio Nyse, & Otreinò Melitæ episcopo, in Thraciæ autem Scytiæq; vrbibus cū Terentio Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo: Hos enim & Imperator quoque visos & coram allocutus approbavit, de quibus & integra constabat fama quòd suis ecclesiis religiose præessent: Postquam igitur hæc ita peracta essent, finemque concilium cepisset, cæteri quidè domum quisque reuersi sunt.

De Martyrio Cylice, & de translatione reliquiarum sanctorum Pauli confessoris & Melitij Antiochia Episcopi.

CAPVT X.

NECTARIUS autem præceptore Cyriaco Adanorum episcopo officium sacerdotale didicit: cum hoc enim ipso, vt secum aliquamdiu maneret, Diodorum Tarsensium episcopum rogauerat: Inuitauerat & alios multos Cilicas vt secum morarentur, ex quibus & Martyrium, quem vt medicum familiarem, ita commissorum in iuuentute delictorum conscium habuerat, Diaconum ordinare cogitabat: cæterum Martyrius id auersatus est, indignum se esse ministerio diuino asseuerans, actæque sibi antea vitæ testem Nectarium ipsum citans. Cui Nectarius, nunc quid ego, inquit, idem, qui nunc sacerdos sum, vitam meam hætenus multo magis dissolutè traduxi, quàm tu, tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenti intemperantiæ meæ, opem persæpe tulisti, tum ille vicissim, atqui tu ò Beate recens baptizatus ac purificatus, & mox insuper sacerdotio auctus es, vtraque autem hæc peccatorum expiatoria esse Deus constituit. Ac proinde, vt mihi quidem videris, tu ab infantibus iam recens natis nihil differs. Ego verò iam olim sacri Baptismatis factus particeps, in vsu vitæ meæ semper antiquum obtinui: Atque ille quidem talia causatus ordinationem non admisit: & fanè ego quidem ob eam recusationem hūc virum laudo, eaque

etq; de causa eum in partem huiusce historiae retuli: Porro imperator ubi cognouisset ea, quae Paulo, quondam Constantinopolis episcopo acciderant, transtulit eius corpus & in ecclesia sepeliuit, quam Macedonius eius persecutor extruxerat, quaeque adhuc de ipsius nomine nomen seruat augustissima existens aedes, & nobilissima: quae res multos veritatis ignaros, velut & mulierculas, & e plebe complures, suspicari facit Paulum apostolum hic esse conditum: circa idem tempus & Meletii reliquiae Antiochiam translatae, & iuxta loculum Babilae Martyris conditae fuerunt: fertur autem eas Regia continuè via ex Imperatoris mandato intra moenia in ciuitates fuisse receptas, praeter consuetudinem Romanis vsitatam, & alternatis psalmodum cantibus vnoquoque in loco honoratas, donec Antiochiam vsque transportarentur.

*De ordinatione Flauiani episcopi Antiochia, & iis
qua huius nomine acciderunt, propter datum
olim iusurandum. CAPVT XI.*

AC Meletius quidem talem ibi sepulturam fortitus est: eligitur verò in illius locum Flavianus, praeter datum iusurandum: adhuc enim Paulinus in viuis erat. ex eo igitur maxima rursus perturbatio Antiochenam ecclesiam corripuit, ac plurimi se à Flauiani communionem abstraxerunt, & priuatim sub Paulino còuentù egerunt: Quin & ipsi quoq; sacerdotes ob hanc ré inter sese còtendebat. atq; Aegyptij quidè & Arabici & Cyprij velut ob Paulinum iniuria affectù stomachabantur: Syri verò Palæstini & Phœnices, tum etiã ex Armenijs, ex Cappadocibus, ex Galatis, & ex Ponticis plurimi pro Flauiano stabant: Non minimè autem indignatus fuit episcopus Romanus, & cù eo cuncti sacerdotes occidentales, ac Paulino quidem ceteri Antiochia episcopo consuetae scribebant epistolas, quas Synodales appellant. ad Flavianum verò silentium agebant. Quin & Diodorum Tharsi & Acacium Beroeae episcopos, qui illum ordinarant, reos agebant, & pro excòmunicatis habebant. Itaque vt de hisce rebus cognosceretur, scripserunt, tum ipsi, tum Gratianus imperator in occidentem conuocantes episcopos orientales.

Quod